

Summo Pontifici Clementi XI.

Turces, Moscovitico Oratore capto, in Moscos ipsos bellum parant. Czari religio,
et studium Christianos a Turcarum jugo in libertatem vindicandi.

Postrema epistola, quam ad Illustrissimum, et Reverendissimum Dominum Patriarcham Constantinopolitanum scripsi, eundem enixe rogavi, ut (quia tempus mihi deerat) exponeret Sanctitati Vestrae, quod contra Serenissimum Regem Poloniae Augustam, et Augustissimum Moscoviae Czarum die 20. Novembris nuper elapsi, fuerit a Sultano statutum; modo quae subsequuta sunt, quo teneor obsequio ac zelo, nunciare non renuo.

0171
88
88
Tatarhanus post paucos a Decreto bello dies, ple-
nus gaudio, quod omnia sibi pro votis ceperant,
celeriter Bunderum versus iter arripuit, fe-
rens mandata regia custodiendi confinia,
et irruendi cum suis Tartaris in regiones Mo-
scorum, ac depopulandi quaecumque potuisset
loca. Cum eodem discepit et Palatinus
Chioviae, cui concessum fuit cum reliquiis suo-
rum in Moldavia hiemare, ac iussum, ut
inde statim asseclas Polonos moneret optimae
dispositionis Sultani parati ipsis opem ferre,
quatenus expulso Rege Augusto, denuo Sta-
nislauum regio solia restituant. Quae qui se
ipsi coniungere velint, secure accedant, cer-
tamque spem, quod humaniter excipientur,
et tractabuntur, ipsis tribuat, et reliquis com-

mendat, ut proximo vere sint parati, nam tunc
Turcarum, Tartarorumque copiae in maximo
numero advenient.

Antequam Tatarhanus hinc discederet, tam Sulta-
num, quam supremum Visirium admonuit esti-
mationis magnae, quam sibi orator Moscus
sua humanitate, prudentia, et liberalitate a-
pud praecipuos huius aulae Ministros concii-
liavit: quare necessarium esse suavit, ipsum in
septem turribus recludere, ut ei cum praedictis
omnis communicatio, ac correspondentia tolleretur,
timens ne eos muneribus ad contraria
confilia impelleret, et ad novam aliquam com-
positionem alliceret: atque facilius quod sua-
debat, aspereretur, asperuit, hoc facto et Sueci,
et Poloni, et Cosachi redderentur securi sta-

tutae deliberationis, ipsique adeo viriliter
agere non deficient: quapropter die 28. praefati
mensis, quando Dominus Orator praesto-
labatur vocari ad audientiam Virii, ductus
fuit ad septem turres, quo etiam totam eius
familiam, cunctamque suppellectilem aspor-
tarunt. Quia vero postea animadvertunt,
se nimis praecipites in hac retentione fuis-
se, et quod iustam occasionem Moschis, qui
in confinibus extant, possent tribuere, hostiliter
contra adhuc procedendi inermes, ceperunt
cum Domino Oratore humaniter agere,
ac aliquam compositionis speciem ostento-
re, callide tamen, ut de hoc admoniti
Moschi, vel hostilitates suspenderent, vel
lentius in bellicis praeparationibus procede-

rent, quas ipsi tamen cum omni festinatione sibi comparant.

Prætorianæ Militiæ Præfecto iustum est, ut compleat numerum quadraginta millium Janitorum, describat etiam alterius generis, quos Gebegi appellant, decem millia, et septem millia eorum, qui bellicis tormentis inservient. Hi duo postremi, nempe Gebegi, et Bombardarii, iam descripti sunt, sed de gente, qua vilior hic reperiri nequit. In arsenali constructi debent viginti tres naves, et plusquam quinquaginta biremes, ut primæ expleant numerum quadragenarium, centenarium secundæ. Sed huiusmodi structura et materia, et tempus requirit. His etiam addi debent viginti quatuor triremes. Hoc est

armamentum maritimum, quod nec post
duos annos poterit haberi promptum. Ter-
restres copias decantant futuras nihilo
minores illis, quas iam contra Viennam Aus-
triae adduxerant: utinam pari infelici
exitu, quia omnes gregarii absque ulla di-
sciplina, et sine ullo Duce, qui rem belli-
cam caeat, quare firmiter creditur, quod
erit grex, qui ducetur ad victimam.

Sultanus modo timens, quod Augustissimus
Cesar possit esse auxilio, et Serenissimo
Augusto, et Moscoviae Czaro, decrevit ad
ipsam mittere Legatum, qui exponat, se
ad hanc deliberationem coactum fuisse,
ut violentia Augusti, qua usurpavit Polo-
niae Regnum, excluso legitimo Rege Sta-

nislao, et insolentis Moscorum, qui post tot
 damna suis regionibus illata, nil aliud me-
 ditantur, quam improvise totis viribus, quas
 in dies augent, in hoc Imperium irruere: ideo
 tota prudentia debet sibi praecavere: quare
 ipse non impediet, quo minus tempestive pro-
 sit sibi ac Regno providere. Plurimos ta-
 men, et praecipuos Turcarum iam facti
 poenitet, et timent, ne iusta Dei ira super
 ipsos, uti foedifragos, veniat, et criminantur
 Tatarhanum, Muftiam, Chichaiam Nisirii,
 compluresque alios a Svescorum Rege corre-
 ptos, quibus centum millia aureorum mu-
 tuo ab eodem Sultano acceptos ^(sic) distribuit.

Generalis Sognatousti die 13. huius mensis fuit
 apud supremum Nisirium, cui significavit,

Suecos, ac Polonos ad centum et triginta mil-
lia iam esse sub signis collectos, nihilque pre-
stolari, quam Turcarum adventum.

Die vero 16. Orator Anglicus in Collatione
habita cum Vizirio ei suavit, optimum fore,
si adinvenire vellet aliquem modum iterum
componendi res cum Moschis, qui respondit,
id nullatenus posse fieri, quia Sultano pro-
certo constat, Moscoviae Regum iureiuran-
do vorisse Deo liberare Christianos a iu-
go Turcarum statim ac finem imponeret bel-
lo cum Suecis, nihilque amplius optare, quam
Bizantii in Templo sanctae Sophiae. Lictur-
giam addire, ibique postremo sepeliri.

Ab aliquibus mercatoribus, qui e regionibus
non procul a Benderio venerunt, auditur,

quod Moschi in magno numero ad confinia confluunt quotidie: unde expectamus audire quid facturi sint postquam ipsis Turcarum resolutione, et oratoris carcerationis nunciata fuerit.

Haec sunt, Beatissime Pater, quae notitiae Sanctitatis Vestrae pro hunc humiliter expono, quae postea sequentur, nunciare non deero. Interim Sanctitati Vestrae me commendans, sanctissimos pedes deosculor, manens.

Rijanti die 19. Decembris 1710.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus famulus

Fr. Raymundus Gallani Archps Anciranus

// //

// // // //

Marinus ex Comitibus Marini

Imperialis Ordinis Sanctae Annae secundae Classis Eques

Sacrae Equestris Militiae S. Mauritii et Lazari Commendator

Praelatus Domesticus Gregorii PP. XVI., In utraque Signatura Referendarius

Patriarchalis Basilicae S. Petri in Vaticano Canonicus

Tabulariorum Sanctae Romanae Ecclesiae Praefectus


Testor, ac fidem facio praedictas literas descriptas, et recognitas fuisse ex

Libro ms. cui titulus *Scripturae Di Clementis XI.*, tom. III. 222., qui
adseruatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem
hic me subscripsi, et solitis signis signavi.

Dabam e Tabulariis praefatis Idibus Maii MDCCCLXXXVII. Indi-
ctione X. Pontificatus vero S^mi in Christo Patris et Dⁿⁱ N^{ri},
Dⁿⁱ Gregorii Div. prov. P^p. XVI Anno VII.



A. Maximi
Tabular. S. R. E. Praefectus



2



Secretary of the Vatican. In presence of

St

Petrus magister tubularis...
 ad... in tubularis...
 hic me...
 Petrus...
 anno... Pontificatus...
 Gregorius Imperator P.P. XVI. anno VII.



M. Maximus
 Tubularis...

[Handwritten flourish or signature]